ceduntur religioſis, quæ Iure communi con ceduntur. Quas conceſsiones cum ſint Iuris communis, non puto velle Concilium Tridẽtinum ab Epiſcopis impediri, cum ad ipſorum derogationem expreſſa mentio eorum fieri debuerit, prout à communiter ſcri bentibus tradditur. Aduertãt tamen Religioſi, ne vtantur priuilegiis concedentibus, vt Miſſæ poſsint celebrari in cameris ſęcularium, vbi ipſi dormiunt, & fœminis non ſo lum ſuis, ſed etiam fortê alienis coniungun tur. In quibus copulis [etiam licitis] aliqua aliquando obſcęna interueniunt. Indecentiſſimum enim eſt, vti talibus priuilegiis, & licentiis, ſimilibus locis, niſi aliqua vrgentiſſima neceſsitate inſtante. Nam dicit doctiſſimus nec non piiſsimus Magiſter Sotus in. 4. d. 13. q. 3. art. 13. pag. 572. colun. 2. magis velle, quem non audire Miſſam, etiam ſi non poſsit ad Eccleſiam ad eam audiendam ire, quàm permittere, vt in dictis cameris dicatur, niſi eſſet perſona ad modum illuſtris, cum qua facilius diſpenſatur. Ex his infertur quôd modo poſſumus vti dictis priuilegiis, non contra dicentibus Epiſcopis. Hęc ille. Quæ verba maximè notẽt Fratres illi

pre